

Werk

Titel: Jo. Christ. Fabricii systema entomologiae, sistens insectorum classes, ordines, g...

Autor: Fabricius, Johann Christian

Verlag: Korte

Ort: Flensburg

Kollektion: Zoologica

Werk Id: PPN578515547

PURL: http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PID=PPN578515547|LOG_0004

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=578515547>

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de



PROLEGOMENA.

Insectorum historia homini dignissima ad oeconomiam naturae admirandam viam pandit; *quum natura nusquam magis, quam in minimis, tota sit.* Plin. Detondent insecta quotannis vegetabilia, ne alia alia supprimant; auferunt foetida, putrida, ut splendor globi semper fulgeat, tandemque in cibum animalium abeunt.

Insectorum historia oeconomo utilissima tam ob usum, quem praestant, quam

P R O L E G O M E N A.

ob noxam, quam inferunt. Praestant multa, et praefstante fane plura, si maiori diligentia examinarentur. Experientia vagga infectorum usum docuit, nulla scientia viam monstrante, iuvante hac, plura procul dubio detegerentur in oeconomia praestantissima. Noxa infectorum adhuc maior. Rodunt, destruunt, devorant omnia. Parva quidem occultius agunt, at numero infinito foecunditateque immensa parvam corporis molem compensant, vix arcenda. In his desudarunt iam diu agricolae, ut vegetabilia sua conservarent, his operam derunt mercatores, ne merces destruerentur: at perperam, quum partim caussam

damni

P R O L E G O M E N A.

damni ignorarent, partim infectorum na-
turam et historiam spernerent.

Scientia entomologica in incunabilis
adhuc tenera iacet. Vix aetatem Caesal-
pini Botanices attingit. Veterum scripta
de insectis ante Raium perperam leguntur,
fabulis miraculisque referta. Praeterea
descriptiones specierum vix ullae et figu-
rae partim fictitiae, partim inextricabiles,
ita ut specierum cognitio omnino desit. Ra-
ius primus descriptiones infectorum com-
posuit distinctiores, at, nullo suffultus fy-
stemate, saepius errores evidentissimos
admisit.

P R O L E G O M E N A.

Immortalis tandem a Linné, ingenio systematico natus, Entomologiam in sistema redegit. Clases, ordines, genera et species primus introduxit, at fundamento ludicro inaedificans filum ariadneum systematis saepius amisit. Clases ab alis sumtae, quamvis primo intuitu naturales videantur, saepius tamen naturae vim inferunt. Genera characteribus vacillantibus, speciei charactere saepe contrariis, distincta determinationem specierum secundum systema impossibilem reddunt. Perspexit perbene Summus Vir defectum systematis in characteribus genericis, ideoque raffissime nova genera condidit, ne e characteri-

P R O L E G O M E N A.

pteribus hisce vacillantibus accumulatis ma-
ior oriatur confusio.

Successores Linnaei omnes humeris
eius institerunt. Classes retinuerunt, ge-
nera et nomina e principio saepius ludicro
mutarunt, auxerunt, quo ipso confusio
maior et specierum determinatio et deno-
minatio difficilior.

Ad figuras ideo refugerunt entomologi.
Dederunt accuratissimas, nitidissimas: at
species ad sua genera et classes systemate
vacillante redigere haud valuerunt.

Novam ideo viam tentabo, characte-
res et classium et generum ex instrumentis
cibariis desumens. Praebent sane sufficien-

PROLEGOMENA.

tes, praebent constantes et genera multo
naturaliora.

Instrumenta cibaria sunt partes oris,
quibus cibos capiunt. Sunt plura et in va-
riis classibus varia omnibusque quaedam.

Labia horizontalia os superne inferne-
que tegentia. *Superius* corneum, clypea-
tum, rotundatum, quadratum, conicum,
fornicatum, subulatum, integrum, incraf-
satum, ciliatum, crenatum, fissum, emar-
ginatum, reflexum. *Inferius* corneum,
membranaceum, vesiculosum, cylindri-
cum, cordatum, quadratum, orbicula-
tum, gibbum, obconicum, fornicatum,
lineare, convolutum, integrum, emargi-
natum,

PROLEGOMENA.

natum, ciliatum, fissum, bifidum, 3-4
fidum, crenatum, dentatum, laciniatum,
incrassatum, truncatum, acuminatum, con-
natum, elongatum in linguae lacinias in-
teriores.

Maxillae transversales, latera oris in-
cludentes. *Superiores corneae* inermes,
dentatae, exsertae, longissimae, obtusae,
acuminatae, fissae, bifidae, bifurcatae,
truncatae, denticulatae, unguiculatae, che-
liferae, rectae, arcuatae, concavae, for-
nicatae, articulatae, cylindricae, forcipa-
tae. *Inferiores corneae*, membranaceae,
integrae, dilatatae, obtusae, fissae, setosae,
dentatae, unguiculatae, truncatae, com-

pref-

PROLEGOMENA.

pressae, falcatae, arcuatae, unidentatae,
bifidae, galeatae, connatae cum labio, elongatae in linguae lacinias exteriores.

Palpi duo, quatuor, sex, aequales, inaequales, rhomboidales, pilosi, filiformes, cuneiformes, moniliformes, clavati, securiformes, truncati, incurvi, cheliferi.

Lingua spiralis cornea, membranacea, brevissima, longissima, acuta, truncata.

Rostrum vagina articulata setaque unica aut tribus in apice capitatis, sub apice, pectorale, canaliculatum, cylindricum, conicum, setaceum, lamellatum, inflexum, arcuatum, fulcatum, obtusum, acutum, subulatum, spinosum.

Pro-

P R O L E G O M E N A.

Proboscis labiata, retractilis, brevissima,
orrecta, cornea, membranacea, inflexa,
canaliculata, geniculata.

Haustellum breve, porrectum, rectum,
inflexum, geniculatum, cylindricum, se-
taceum, canaliculatum, cultratum, for-
nicatum, seta unica, duabus, tribus, qua-
tuor, quinque; vagina nulla univalvi,
bivalvi.

Instrumenta haec cibaria praebent cha-
racteres generum sufficientes, naturales,
quum ab ore ad victimum concludere va-
leamus.

Differentias specificas a coloribus coa-
ctus desumsi. Variant colores aetate, va-

riant

PROLEGOMENA.

riant loco et difficillime distincte traduntur: attamen impossibile videtur differentias specificas demtis coloribus eruere. Omisi tamen, quantum licuit, ut primum hoc scientiae fundamentum firmiori stet talo.

Nomina et generica et trivialia semper retinui. Mutata nunquam usum, saepius confusionem, praebent. Verba enim valent uti nummi praetio distincto, determinato.

Synonyma apposui e systematicis et ichniographis praestantioribus. E primis sumum Linné, lynceum Geoffroy, accuratissimum Raium; ex ultimis solidissimum Roesel, nitidissimum Sepp et ditissimum

Drury

P R O L E G O M E N A.

Drury semper addidi. Veterum vero syno-
nymiam obscuram, semper incertam, plane
omisi. Difficillime eruitur, et eruta omnino
nil praefstat.

Classes Insectorum sunt octo.

Os maxillis palpisque

quatuor aut sex.

Maxilla nuda, libera. ELEVTERATA.

Maxilla tecta, galea

obtusa. - - VLOONATA.

Maxilla connata

cum labio - - SYNISTATA.

Maxilla inferiore nulla. AGONATA.

Os maxillis palpisque

duobus. Maxilla in-

feriore

PROLEGOMENA.

feriore saepius un-

guiculata. - - VNOGATA.

Os palpis linguaque

spirali. - - GLOSSATA.

Os rostro: vagina ar-

ticulata - - RYNGOTA.

Os haustello: vagina

inarticulata. - - ANTLIATA.



CHIA-